



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1572 usque ad annum 1581

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1772**

**VD18 90118642**

§. 46. Continuata disputatio Baji cum Marnixio.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67232](#)

devinci cerneret, suamque mentem ex- Sæcul. XVI.  
plicare non auderet, nihil respondit ad A.C.1580.  
hanc oppositionem, quam ad suam the-  
sin haud pertinere credebat, unde, quan-  
tumcunque a Reinerio premeretur, ipse  
semper cuncta propudioſo silentio e-  
ludebat.

§. XLVI.

*Continuata disputatio Bajicum Mar-  
nixio.*

Insuper contentio, quam Bajus cum  
Marnixio Aldegondo habebat, ejus  
æmulis majorem adhuc ansam præ-  
buit, ut eundem circa plura impugna-  
rent, quæ in suis scriptis ad præfatum  
Calvinistam directis somniabant: præ-  
primis autem Pater Horantius Ordinis  
Fratrum Minorum Alumnus reprehen-  
debat, nec æquo ferre poterat animo,  
quod Bajus humaniori, quam decuif-  
set, stylo suas ad Marnixium scripsisset  
epistolas, & quamvis ipsius responsa ad  
quæstiones de Eucharistia commendaf-  
set, eum tamen circa ipsius quæstio-  
nes de Ecclesia impugnandum censem-  
bat, querens, quod ejus epistolæ contra  
Marnixium adversarium scriptæ nimis  
benignæ fuissent, necnon idem Bajus Au-  
gustinum non secutus dixisset, judicium  
de Ecclesia esse ex sola Scriptura pe-  
tendum. Igitur Horantius epistolam  
hanc

**Sæcul. XVI.** hanc Antonio Ghennarto, Canonico  
A.C. 1580. Leodiensi, ac Censori librorum, appro-  
bandam, ac Leodii edendam obtule-  
rat: verum cum nec ab isto, nec ab  
aliis librorum censoribus suæ epistolæ  
approbationem obtainere potuisset, eam  
Coloniæ mense Februario typis dedit,  
etsi idem Horantius Lindano Episcopo  
Ruremundano, se eam non editurum in  
lucem, promisisset, quin prius eam  
misisset Bajo, & tum hic defuper se ex-  
plicare recusasset. Id Lindanus per  
literas die octava Februarii anno mil-  
lesimo quingentesimo octogesimo datas  
significabat Bajo, qui continuo suas  
explicationes transmiserat: at istæ  
Baji explicationes nullibi reperiuntur,  
nec ullum illius exemplum reperiri po-  
tuit, ideo forte id factum, quia ipse  
Bajus, ut innuit, nullum sibi exem-  
plum illius conservavit.

Hoc eodem anno millesimo quin-  
gentesimo octogesimo Philippus Mar-  
nixius suam ad posteriores Michaelis  
Baji literas die decima octava Decem-  
bris anni millesimi quingentesimi se-  
ptuagesimi septimi, & die septima Ja-  
nuarii anni millesimi quingentesimi se-  
ptuagesimi octavi datas, responsionem  
valde prolixam absolvit, ac publici ju-  
ris fecit, una cum iis, quæ tam ab ipso,  
quam a Michaelo Bajo disputata haec-  
nus

nus fuerant: mox autem Michael Ba- <sup>Sæcul XVI.</sup>  
jus Horantii objurgationibus per epi- <sup>A.C. 1580</sup>  
stolam apologeticam memorato An-  
tonio Ghennarto scriptam respondit,  
ac ad ultimam Marixii responzionem  
edidit aliam Apologiam eorum, qua  
istis quæstionibus, ac objectionibus  
hactenus responderat.

### §. XLVII.

#### *Lusitaniæ status propter regni suc- cessionem.*

Interea Henricus Lusitaniæ Rex Alme- <sup>Thuan. l. 69.</sup>  
rinum ad nonam Januarii diem Regni <sup>Second hoc</sup>  
comitia convocabat, quibus Leirienis <sup>ann. n. I.</sup>  
Episcopus initium fecit, hujusque con-  
ventus rationes exposuit, ubi præpri-  
mis Rex per eundem Præfulem ple-  
bæio Ordini hæc significabat: „Philip-  
pus II. Hispaniæ Rex sæpius me in-  
terpellavit, ut ipsummet regni succes-  
sorem designem: sed ego semper rem  
distuli, donec de jure partium con-  
tendentium plene edocerer: verum  
dum mature pensitavi, & examinavi  
in medium undecunque allatas ratio-  
nes, exploravique peritiorum senten-  
tias, tandem comperio, quod inter  
Philippum II., & Catharinam Bracan-  
tini Ducis uxorem controversia rema-  
neat: cum autem hanc litem dirime-  
re varias ob causas periculofum esse  
„iu-